

hanc hypothesin Deo eripitur ipsa contradictionis libertas. XI. Ex ea quoque sequitur cuncta ad Deum pertinere XII. Responsio Cl. Antagonistæ ad hæc. XIII. Quia Cartesius pluribus in locis contrarium docet, & protestatio facta contraria nulla est, ideo non satisfacit hæc responsio. XIV. Leges naturæ, a Cartesio inventæ, omnino faciunt Deum agens necessarium. XV. Quod non eluditur dissimilibus exemplis, a Cl. Antagonista allatis, contrarium vero demonstratur. XVI. Sententia Cl. Wittichii, ceu vera Cartesiana, asseritur. XVII. Exceptioni occurritur, & ostenditur, quamvis in aliud extremum abire videatur Cartesius, idem tamen, salvis quoque his principiis, statuere potuisse. XVIII. Neque error ejus adstruit orthodoxiam. XIX.

I. *Cartesius etiam in Deo flatuit agendi,* PRIMAM, qua nituntur nefandi Spinozæ errores, columnam, nempe unicam tantum posse esse substantiam proprie dictam, a Cartesio fuisse suppeditatam, fatis solide, fuse, & luculenter demon-

mon-